Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

In anniuersario iuxta morem Venetum. cap. 30

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

pſiſti dñe, fac gaudere cũ ſanctis tuis in gloria. Oremus. Oro.

Supplices exoramus pietatẽ tuã dñe ſancte pater oĩps, eterne Deus pro aïa famuli tui, quam de hac luce ad te accerſiri iuſſiſti: vt eã in regione viuorũ cõſtituas: ⁊ partẽ beate reſurrectionis inter ſctõs ⁊ electos tuos habere concedas, Per Chriſtum dñm nrm. R. Amen. R. In paradiſum. fol. 142. Ad dñm Añ. Ego ſum reſurrectio. fol. 145. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. V. Et ne nos inducas in tentationem. V. A porta inferi. R. Erue dñe. V. Requeſcat in pace. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dñs vobiſcum. R. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Obſecramus miſericordiam tuã eterne Deus: qui hoiem ad imaginẽ tuam creare dignatus es: vt animam famuli tui, quam hodierna die rebus humanis eximi, ⁊ ad te accerſiri iuſſiſti, blande ⁊ miſericorditer ſuſcipias: non ei dominent vmbre mortis, nec tegat eã chaos ⁊ caligo tenebrar: ſed eruta omniũ criminũ labe, in ſinu Abrahe collocata, locũ lucis ⁊ refrigerii ſe adeptã eſſe gaudeat: ⁊ cũ dies iudicii aduenerit, cũ ſanctis ⁊ electis tuis eam reſuſcitari iubeas, Per Chriſtum dominum noſtrum. R. Amen. V. Requiem eternam dona ei domine. R. Et lux perpetua luceat ei. V. Requieſcat in pace. R. Amen.

In die 7. vel 30. atq; in anniuerſario reſponſorium. Cap. 30.

Kyrie elei. Chriſte eleiſ. Kyrie elei. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in ten. ℞. Sed libe. ℣. A porta inferi. ℞. Erue domine animam eius. ℣. Requieſcat in pace. ℞. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oro.

TE dñe ſancte, pr̃ ops, eterne Deus ſuppliciter deprecamur pro aĩa famuli tui, quã a voraginibus huius ſeculi ad te accerſiri precepiſti: vt digneris ei dñe dare locum lucidũ, locum refrigerij ⁊ quietis: liceatq; ei tranſire portas infernorum, ⁊ penas tenebrarum: maneatq; in manſionibus ſanctorũ, ⁊ in luce ſancta quã olim Abrahe promiſiſti ⁊ ſemini eius: ſed cum magnus dies ille reſurrectionis aduenerit, reſuſcitare eum digneris dñe ad requiem vna cum ſanctis ⁊ electis tuis: deleas eius delicta atq; peccata, vſq; ad nouiſſimũ quadrantem: tecumq; immortalitatis tue vitam ⁊ regnum conſequatur eternũ. Per Chriſtum dñm noſtrũ. ℞. Amen. Aña. Hec requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Oremus. Oro.

Deus

O Iri vulneris nouitate percuſſi, ⁊ quodammodo cordibꝰ
ſauciati miſericordiã tuã mundi redemptor flebilibus vo
cibus imploramus, vt chari noſtri animam proprium ad te da
torem reuertentem blande, leniterque ſuſcipias: ⁊ ſiquas ille ex
hac carnali cõmoratione cõtraxit maculas, tu Deus ſolita pie
tate clementer indulgeas: obliuioniqꝫ in perpetuũ tradas: atqꝫ
eandem tibi cum ceteris redituram, ⁊ ad corpus quõque reuer-
ſuram ſanctorũ tuorũ cetibus aggregari precipias. Per Chri-
ſtum dñm. ℟. Amen. Aña. Animam p̃camur, quã creaſti dñe,
vt ſuſcipi iubeas in regnũ tuum: ⁊ in ſinu Abrahe collocari fa-
cias, vt cum beato Lazaro portionem accipiat. Oremus. Oro.
O Mnipotentis Dei miſericordiam deprecemur, cuius iu-
dicio naſcimur ⁊ finimur, vt ſpiritũ fratris, vel ſororis no
ſtri, quem domini pietas de incolatu mundi huius tranſire, p̃ce
pit requies eterna ſuſcipiat: ⁊ cum beate reſurrectioni preſen-
tet: ⁊ in ſinibus Abrahe, Iſaac, ⁊ Iacob collocare dignet̃. Per
Chrm̃ dñm noſtrũ. ℟. Amen. Aña. Spũs tuus bonus deducet
me in terrã rectã: propter nomẽ tuũ dñe viuificabis me in equi-
tate tua: ⁊ educes de tribulatione animã meam. Oremus. Oro.
D Eus, qui iuſtis ſupplicationibus ſemper p̃ſto es, q pia vo-
ta dignaris intueri, da famulo tuo, cuiꝰ hodie officia p̃ſta-
mus, cum ſanctis atque electis tuis beati muneris portionem.
Per Chrm̃ dñm nr̃m. ℟. Amen. Aña. Credo dñe Deus carnis
reſurrectionem, ⁊ vitã eternã: ſed tm̃ deprecor tuã clementiaꝫ,
vt nõ inter hedos, ſed iter oues ꝯſortiũ merear. Oremus. Oro.
C Lementiã tuã ſuppliciter exoramus dñe ſancte, pater om
nipotens, eterne Deus, redẽptor animarũ, pro aĩa famu
li tui, quã de hac luce acceſſiri iuſſiſti: vt angelus tuus ſuſcipiat
eã: ⁊ ſpũs tuus refrigeret eam: ⁊ cũ iudicabitur non eat cõdẽna
ta. ps. De profundis. cũ Requiem eternam. infra. f. 161 ℣. A
porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Oremus. Oro.
A Bſolue, queſumus dñe, animam famuli tui: ⁊ animas om
nium famulorum tuorum confratruꝫ noſtrorum ab omni
vinculo delictorum: vt in reſurrectionis gloria inter ſanctos, ⁊
electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum dominum no-
ſtrum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟.
Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN